Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

I Dem tridētino epiſcopo.

Conſtitutio laicorum eccleſiaʒ ſeu eius bona non aſtringit.

Que in eccleſiaruʒ: ⁊ ifra. Sane peruenit ad audiētiaʒ noſtram: ꝙ ciues teruiſini conſtituerunt[a] vt ſiquis ad inopiam[b] vergere ſe probabiliter allegauerit: alienandi[c] feudū quod ab eccleſia vel alijs tenet: liberam habeat facultatem: ⁊ infra. Volentes igitur eccleſiarum indemnitati conſulere: conſtitutionem huiuſmodi ⁊ venditiones feudorum eccleſiaſticorum factas ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſeuſu[d] vires decernimus non habere.

I Dem.

Dignitas ſublata de eccleſia ꝑ ſtatutum capituli confirmatuʒ per papam vlterius non cenſetur vacare niſi per contrarium actum ſtatutum fuerit reuocatum.

Cum acceſſiſſent ad ap. ſedeʒ archi. tulleñ. ⁊ G. tulleñ. capituli procurator archi. propoſuit memoratus ꝙ cum olim quidam tulleneñ. canonici noſtris auribus intimaſſent ꝙ ꝑmiceriatus in tulleñ. eccleſia tāto tempore vacauiſſet[e] ꝙ[f] ad manus noſtras illius perſonatus eſſet donatio deuoluta. ⁊ infra. Fuit inſuper ex parte capituli allegatum: ꝙ de communi aſſenſu canonicorum tullenē. fuerit conſtitutum ne primiceriatus dignitas eſſet vlterius in eccleſia memorata: inter canonicos ipſos primiceriatus prouentibus ⁊ poſſeſſionibus diſtributis. ⁊ infra. ꝓpter quod euidenter apparet qđ primiceriatus ipſe tanto tempore non vacauerit ſicut nobis fuerat falſa inſinuatione ſuggeſtum ⁊ ifra. Quo circa mandamus quatenus ſi vobis conſtiterit tulleñ. canonicos ne vlterius in tulleneñ. eccleſia primiceriatus eſſet officium communiter ſtatuiſſe[f] ac ſtatutum ipſum auctoritate ſedis apoſtolice fuiſſe poſtmodum ſicut dicitur confirmatum[g]: vos illud faciatis in ſuo robore permanere niſi poſtea dicti canonici contrauenerint[h] aliquem uidelicet in primicerium eligendo[i].

I Dem clugien. epiſcopo.

Si capitulum contra ſuam cōſtitutionem de certo canonicoruʒ numero aliquos recepit in canonicos de ſuperexcreſcentibus fructibus eis prouidere tenetur.

Que in eccleſiarum. In prima parte ponit̄ ꝯſtitutio. in ſecunda eius caſſatio. ſecunda ibi: volentes igitur. Abbas Siculus.

a Cōſtituerunt: quod eis licuit tam iure fori ꝙ iure poli ⁊ vocatur ius ciuile qđ quiſqʒ populus ſibi ꝯſtituit: inſti. de iure natu. §. i. ⁊ di. ius ciuile ſed ex hoc ſtatuto nullum preiudiciuʒ eccleſie generatur ut hic. ⁊ .xcvi. diſt. bene quidem etiam ſi in utilitatē eccleſie redūdaret ſi auctoritas pape nō interueniret. ut in .c. bene quidē. ⁊ .ſ. e. eccleſia ſancte marie. ⁊ .x. di. c. i. ⁊ .ſ. de ſen. ⁊ re iudi. cum cauſam.

b Ad inopiā. ſi culpa ſua eget indignum ē ei ſubuēiri. ff. depoſiti. bona fides: ar. op. ad hoc lxxxvi. diſ. non ſatis uel ſi ſuo uitio icidit in egeſtateʒ ⁊ eſt ſi. ſ. de ꝯſue. ex parte.

c Alienandi. qui feudum alienat: cadit a iure feudi ⁊ dominus illđ alij cōcedere poteſt. ſ. đ feu. c. ij. ⁊ in li. feudorū. conſtit. ſi clientulus ſed alij in feudum dari poteſt: ut in dicta conſti. ſi clientulus. ⁊ in cōſti. lotharij impialis: nec feudum dari poteſt in dotē .ſ. de dona. inter uirū ⁊ uxorem nuper nec uſuarius poteſt vſum vendere irrequiſito dño. ut inſti. de uſu. ⁊ ha. in prin. nec emphitheota poteſt uendere meliorationes ſuas domino irrequiſito; quod ſi fecerit dominus illud poteſt reuocare. C. de iure emphit. l. ult. ſ. de loca. potuit ſed facta denunciatione domino ſi dixerit ſe nolle emere: vel ſi a denunciatione duorum menſium ſpacium ſit elapſum poteſt uendere cui uult: ⁊ dummodo non uendat ꝑſonis prohibitis. ſ. de loca. ⁊ conduc. potuit decr. greg. eſt in predicta. l. renunciare autem feudo vaſallus nō poteſt inuito domino: cum eius fauore introductum ſit: ut uaſallū habeat. ar. C. de ac. ⁊ obli. ſicut in initio ar. contra. ff. de operis liber. interdum.

d Perſonarum aſſenſu. non tamen ſufficeret omniū cōſenſus in hoc caſu quia alienatio facta de conſenſu omnium circa formam debitā nulla eſt. xij. q. ij. ſine exceptōe. ⁊ .x. q. ij. hoc ius porrectum. ⁊ C. de ſacroſā. eccle. auc̄. iubemus in fi. ſ. de re. eccle. nō alie. dudum. ſed ſi communis forma ſeruata eſſet teneret uenditio. ſ. de his que fi. a prela. ſine cōſenſu ca. cum nos. ſed ſi leſa eſſet eccleſia reſtituitur in integrum. ſ. de in inte. reſti. requiſiuit. ⁊ .ſ. de emp. ⁊ uen. cum dilecti.

Cum acceſſiſſent. Diuidit̄ in tres partes: in prima ponitur allegatio pro primicerio. in ſecunda pro capitulo ibi: fuit. in tertia diffinitiua cōmiſſio ibi. Quo circa. Abbas Siculus.

e Vacauiſſet. nulla iuſta cauſa impediente alias ñ curreret tempus. ſ. de conceſ. preben. uel eccle. non ua. c. quia diuerſitatem. argum̄. ad hoc .xxviij. diſtinctione de ſyracuſane. ⁊ .ij. queſtione. vi. antiquorum. §. ad hoc ⁊ ſi papa interdicat aliquibus ne eligant ſine ſuo mandato ſpeciali tempus ſtatutum. ſ. triū menſium a canone eis currit niſi infra id tēpus poſtulauerint licentiam eligendi. ſ. de elec. c. ulti. grego.

f Statuiſſe. ac ipſum ſtatutum per ſedem apoſtolicam confirmatum fuerat

g Confirmatum. ſed nunquid canonici per ſe poſſunt minuere prebendas: uel dignitates tollere ſine licentia domini pape. videtur ꝙ non: qa nec augere poſſunt. ſ. de conſuetudi. cum olim. ⁊ de uita ⁊ honeſtate clericorum quoniam ut ait. xxij. diſtinctione. c. i. quia honor eccleſie potius debet augeri quam minui. ſ. eodem ex parte ubi eſt expreſſum ꝙ non eſt de conſecratione diſtinctione. i. vaſa. ⁊ .ſ. de uerborum ſignificatione: capitulo ultimo: ⁊ quia temporibus noſtris potius addi cupimus quaʒ minui. xxv. queſtione prima que ad perpetuam: ⁊ queſtione ſecunda quecunqʒ vnde nec epiſcopus poteſt obtinere quin ſtatuat archipreſbyterum .ſ. de officio archipreſbyteri capitulo vltimo quaſi ipſe ſolus ſufficiat. ſ. de officio archipreſbyteri capitulo vltimo: ⁊ melius eſt qualēcūqʒ eligere quem ordinem plenum non eſſe. ff. de decu. generaliter. §. penultimo ad hoc dixit Joannes ꝙ ex cauſa poſſunt minuere: vt. ſ. de inſti. capitulo primo: ⁊ capitulo auctoritate. ⁊ .ſ. eodem capitulo proximo. ⁊ de auctoritate epiſcopi: ut. xxi. diſtinctione in nouo teſtamento ⁊ ꝙ poſſunt vnam dignitatem tollere uel diminuere uel mutare prebendas: probatur. xvi. queſtione. i. precipimus. ⁊ .ſ. de exceſ. prela. ſicut unire: ⁊ .ff. communia pre. ſi quis duas. §. i. ⁊ .ff. de nego. geſ. cum alicui. ſ. de preben. uacante. ⁊ .xliij. diſtinctione. §. uerum. et .lxviij. diſ. quorum vices. ⁊ .c. corepiſcopi. ⁊ in predicta decretali ho. ſ. e. ex parte. vbi dicit licet nō ſint eius redditus diminuti. ⁊ ita videtur ꝙ potuiſſent ſi fuiſſent diminuti Jo. ſed uerius credo ꝙ nō poſſint ſine auctoritate pape: ne quandoqʒ in fraudem hoc facerent ⁊ cauſaʒ ſubijcerent cum non eſſet ⁊ hoc idem dicitur de cōſenſu epiſcopi. ar. op. ſ. đ uerbo. ſignifica. c. vlti. quod ergo inutile fuit ħ confirmauit auctoritas domini pape ex certa ſciētia. ar. xvi. q. i. c. vlt. ſicut ⁊ datur actio ex nudo pacto ſi iuuetur auctoritate legis uel principis. ff. de pac. l. legitima vł tene ut dixit Jo. ꝙ poſſunt iuſta ex cauſa. alias non. ar. ſ. c. proxi. verſi. niſi in tantum a contrario: dignitateʒ tamen nō credo ꝙ poſſunt creare uel ſupprimere ſine auctoritate pape ut hic dicit nec diminuere numeruʒ iuramento firmatum cui confirmatio ſe. ap. acceſſerit huiuſmōi clā adiecta ſcilicet ꝙ ſi ſecus fieret non valeret. ſ. de preben. dilecto a contrario. Nota ꝙ confirmatio ſiue conſtitutio domini pape ualet ut confirmet infirmuʒ. ij. q. i. in primis. ⁊ .iij. q. vi. hoc qp pe. Confirmat etiam ⁊ ſupplet defectum ſolennitatis obmiſſe .ſ. de tranſa. c. i. Jtē ualet vt đ beneficio illo quod ex certa ſciētia confirmatur poſtea directe an licite ſit acquiſitum an non ſine nouo mandato non cognoſcatur. ſ. de confir. uti. uel inuti. ca. i. ſi uero ſub hac forma confirmat ſcilicet confirmamus ſicut iuſte poſſides talis confirmatio modicum operatur uel nihil. ſ. de confir. uti. uel inuti. c. i. de qua confirmatione habes. ſ. de conceſ. preben. ⁊ ec. non va. c. qꝛ diuerſitatem.

h Contrauenerint. videtur ꝙ priuilegium unico actu perdatur: ut hic. ⁊ .ſ. c. proxi. ⁊ .ſ. de preben. c. pro illorum. ⁊ .xi. q. iij. priuilegium. C. de iure do. impe. .l. ij. ⁊ .iiij. ⁊ . C. de his qui per me. iudi. non ap. is qui. ⁊ . C. de pac. inter emp. ⁊ ven. cōmiſſorie. argu. contra delictum perſone ⁊c. xvi. q. vi. ſi epiſcopum. ſ. de arbi. cū tempore. ſ. de priui. accedentibus. ⁊ .c. ſi de terra vin. diſtinguit: aut datur priuilegium ad faciendum aut ad non faciendum ſi datur ad faciēdum ⁊ is qui impetrauit ſpacio .x. annorum non utitur eo perdit illud. ff. de nū. l. i. ſi vero datur ad non faciendum ſi papa reſeruauit ſibi aliquid iuris in eo non poteſt tali priuilegio renūciari expreſſe. ſ. de arbi. cum tempore. ſed ſi nihil ſibi reſeruauit. puta quia dedit priuilegium de non dandis decimis: tunc non perditur niſi legitimo tempore. ſ. ſi. xl. annorum ſpacio fecerit contra priuilegium decimas ſoluendo. ſ. de priui. accedentibus. ⁊ .c. ſi de terra: ⁊ . vij. q. i. quam periculoſum ſed ſibi ſufficit ꝙ ſemel renunciet circa beneficia ſi datur ad excipiendum. quia ꝑpetuum eſt: qꝛ que temporalia ſunt ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum .ff. de do. excep. pure. §. ulti. quod eſt uerum ſi nemo agat. ſed ſi agat ⁊ nō excipitur contra agentem perditur priuilegiū. ff. de procur. pompo. §. ratihabitio. ⁊ .ff. de cōdi. inde. ſi is qui Jo. dixit ꝙ ſi ille qui impetrauit priuilegium. directe obuiat priuilegio perdit illud vnico actu tantum: ut hic. ⁊ .ſ. c. proxi. ⁊ .ſ. de preben. pro illorum. ſecus ſi non ſeruat illud uel ſi non tuetur ſe illo tunc. n. perdit legitimo tempore. ſ. de priui. accedentibus. ⁊ .c. ſi de terra. magis. n. đlinquit q directe venit contra priuilegium ꝙ ille qui nō utitur illo. ar. ad hoc. lxxxiiij. di. quiſquis. ⁊ .ſ. de ſen. excom. ꝯtingit. ij. Alij diſtingunt an priuilegium ſit oneroſum ⁊ tunc vnico actu tollit̄ an ſit fauorabile ⁊ tunc nō perditur unico actu. T. melius uidetur dicere ſi priuilegium datū eſt fauore pſone ſeu perſonaruʒ quale fuit hic: ⁊ in ſimilibus ꝯcor. perdit̄ vnico actu: ſi datum eſt fauore eccleſie ſiue intuitu religionis. ut ſunt priuilegia de non ſoluendis decimis ⁊ cōſimlibus: non tollit̄ niſi legitimo tpe ut dictū eſt. Melius videt̄ dicenduʒ ꝙ ſicut ſunt diuerſa priuilegia in diuerſis caſibus ꝯceſſa quodlibet priuilegiū locum habeat ī ſuo caſu: ſicut vides in preſcriptiōib⁹: q̄ diuerſa tpa reqrūt dic ut. ſ. de deci. ſuggeſtū.

i Eligendo. videt̄ ꝙ talis electio nō deberet ualere: qꝛ noua dignitas ſine licētia pape conſtitui non pōt. ſ. de ꝯſue. cum olim. xxvij. di. c. i. ſed hec electio videtur de nouo eſſe creata ſine licentia pape non dicitur noua dignitas: ſed ex conſequentia antique dignitatis poſſunt eam reſumere. arg. ad hoc. ſ. de feud. c. ij. ⁊